

102837

15



PLAUSUS METRICUS

HONORI & NUPTIIS

Viri Genere, Eruditione, & Experientia

Excellentis

DN. JOHANNIS
MATHESII,

Philosophiæ & Medicinæ Doctoris, Civitatis
Thoruniensis Medici, &c. &c.

SPONSI;

Et

Matronarum Eximia

DOROTHEÆ,

Præclarorum olim in urbe Posnania

Civium;

DN. HIERONYMI RIEDT

filiae;

DN. JACOBI MATERMANNI

Viduae,

SPONSÆ;

Ex more gentis in diem officii nuptialis celebrati


ut sæmi solitus ita & 1625

scriptus

a

Docentibus in Gymnasio Thorunensi.

Dies autem ille fuit prid. Non. Febr. Anno Gratiæ M. DC. XXV.



PLAUS MATHIS

HONORI & MERITIS

DN. JOHANNIS
MATHIS

Philosophie & Medicinæ Doctoris Civitatis

Turonensis Medicus &c.

SPONSOR

I.

et honoratus Civis

DOROTHEÆ

Prælectæ in olim in urbe Turonensis

Civitas

DN. HIERONYMI RIEDT

Præf.

DN. JACOBI MATHEMANNI

Vicarij

SPONSOR

Ennonisensis in urbe Turonensis celeberrimi

et sancti Collegii de

scriptis

et

Decretis in Civitate Turonensi

Dies autem illi fuit pridie Idibus Junij Anno Domini MDCXXV.

Celeusma Platonico-

Poëticum

Ad Sponsum.

HActenus exemplo Chrysanthi, Sponse, periculum
Fecisti, an homo cum sis anima esse queas :
Et cum curaris multorum corpora doctâ
Arte, tuum cura nil tibi corpus erat,
Scilicet ingenium, tibi quod sublime Paternus
Maternusq; pari sanguis acore dedit,
Limite nec patrio claudi patiens nec aruito
Arsit in agnatum multiplicare sophos.
Scire potestates herbarum, scire potentes
Natura reliquas interioris opes,
Arte Machaoniâ properantia fata morari,
Efficere ut vacuum per Stryga linter eat,
Hoc illis sat erat, hoc Urbibus atq; Dynastis
MATHESIOS-NEFIOS reddidit eximios.
Tu sed, ubi hac variis es sic expertus in oris,
REGIS ut in Medicis hic memorere SACRI,
Cuncta per egregia stipendia laudis eundo,
Palladi qua cuiusvis gens operata meret,

Doctrina species rimatus es impiger omnes,
Qua polii illa homines, qua colit illa DEUM.
Quaque resolvebas acie nascentia rerum
Hac homines, hac jam stabat habere DEUM.
Adstabant qui te compertum habuere sodales
Poscentes laurum Pallada quisque suam.
Palladis at casta Genitor, qui figere rebus,
Ultra quod salva non rapiantur, amat;
Horrida terribili jaculatus fulmina dextra,
Quam lauri cuncta, cuncta creata, tremunt
Non tulit hoc Nimum, sed, quod pare fecit in ausu
Principio rerum, repperit facere.
Primus homo non sic erat a fove primitus, ut nos
Nunc sumus, at mas & foemina is unus erat.
Postea, tergeminæ cum mentis acumine turgens,
Fictori aequalis tenderet esse suo,
Divisus sexu fuit, ac in plura deinceps,
Si non corrigeret facta, secandus erat.
Haud secus Androgynus tu, Sponse, hucusque fuisti,
Unius & geminum mentis acumen habens.
Nil erat in superis, nihil in mediis, nec in imis,
Quo tua mens penitus ire fuisset hebes.
Hinc aufers hominis merito nunc premia primi,
Dividerisque in TE, DOROTHEAM inque tuam.
Disce ergo esse homo non anima, esse nihil nisi mas mas,
Quodque diu satis es jam speculatus, age

Nec

Qui dona curis indolis exserens,
 Se se Minervæ dedit impigrum,
 Nil ferians noctes diésq;
 His studiis vigil immorari.
 His institutis, dotibus ingenI &
 Ultrò impetravit laudis adorem,
 Encomiis maectus, bonisq;
 Sponsus apex columénq; Phœbi.
 Testatur armis inelyta Gallia,
 Testatur urbs Antenore condita.
 Testatur Orbis quam suum cor,
 Et caput esse volebat olim.
 Subscribit Orbis Lux Alemannia,
 Nec non Polonis iuncta Borussia:
 Sed testibus quid me fatigem,
 Res ubi protinus ipsa clamat,
 Occasionem, si sapis, ut sapis,
 Brabéiportam pervigil opprimes,
 Ibit coronatumq; finis
 Sic opus ad stipulante Amore,
 Spreto Asmodæi ritè sophismate,
 Statuta firmas cana Thalassij,
 Fortunet Autor, Vosq; præstet
 Egregiæ sobolis parentes!

Aliud.

Τίποτε πινάσεται αφών φαρέτρας, κίπικις ηδὲ παίσι σὺ;
 ἐκ ὄφελ' ἰεῖ, θύωλ' ἔχει ἀίκα γυνή.
 Εὐφνὲς, ἀκρόπολι καλῆ αἰδοῖα, εἶδ' ἄμωμον,
 ποικίλον ηδ' ἄφρονον, νήματα δ' ἔδνα καλὰ.

ἔστι δὲ κενόθετος, καὶ μετὰ τὴν νύμφην ὄντα
πράξι, ὅτι ἐν τῷ μέσῳ, γινώσκῃ ἐν τῷ μέσῳ
Νῦν πομπησάμενη ταύτης, θεοδῶρα τεπένη
εἶρεο γαμβρῶ, ὀρέγη δραστῶ, ἢ εἰ θεῶν;
εἰ μὴ κ' ἀμφοτέρων νέσω σὺ δυσάλθεϊ κύρωσ.
ἢ γέρας, ἢ εἰ ψόγῳ νήληπν ἀθλον ἔφυ.
ἐν δ' ἀπύροις πείξῃς κείτοις ἀπέριδε τροχίσκῃς,
Δείγματι, ἢ χρίσμα σφαίρῃ λαμα, μέλι.
Δρακτικὸς ἦς, μέγα πείγῃ ἔφυ, ψόγῳ, ἰδίῃ παλαιόν,
σπεωλικὸς ὡς σπανίως πικτικὸς ἐστὶ καλὸς

Honoris gratia applaudebat.

M. JACOBUS GERHARDI.

V.

HANCNE, MATHESIADA, Medicinæ gloria magna,
Es tandem nactus post tot medicamina plantam,
Quæ potis est quosvis animi depellere morbos,
Atque suo succo quemvis sedare dolorem,
Humoremque Melancholicum quæ mitigat omnem,
Non est sub cœli tractu præstantior herba,
[Præsertim si felici sub sydere crescat,
Perpetuoque suum fervet per membra vigorem.]
Quæ blandâ posset dulcedine flectere sensus
Atq; colore suo visum recreare mariti.
Quis Tibi, Sponse, herbam talem monstravit Apollo?
HIPPOCRATESNE, AN ÆGINETA, VEL IPSE GALENUS?
An verò inde est unde tenet nomenque sonumque
Et Deus ipse illam primò Tibi fixit ab ævo?

Felicem

Felicem plantam! quæ suavem spargit odorem,
 Felicem florem! qui vincit viribus omnes,
 Quotquot in Ægypto sunt inter lilia flores,
 Jam vos hinc aliæ procul hinc absistite plantæ,
 Nullus jam vobis locus hic, nihil estis, abite,
 Nil violæ, nil Abrotanum, nil Mentha superbis,
 Citrigo nihil es, nil mali succus odori,
 Nil Rosa pulchra facis, nil Indica Narde resultas,
 Una omnem vestrum vincit theodussa colorem,
 Una omnes vestras superat dorothula vires,
 Næ Te felicem Sponsum, cui plantula bella
 Tam benè, tam justè, tam convenienter ab alto
 Sponfa venit, jam jam sociam datur inque palæstram,
 Hæc utinam ardentis affectus ritè retundat,
 Fortius exhilaret torpens caligine pectus,
 Lætitiæq; subinde Tibi nova semina spargat,
 Sitque Glycyrrhizæ dulcis Tibi semper ad instar,
 Proferat & lætum tandem cum getmine florem,
 Qui faciat lætam semper matremq; patremque
 Hoc cito quò fiat faxit divina potestas.

JACOBUS LANGIUS
 Pannonius.

VI.

Sic se vit fieri manibus quodcunque tenemus
 Cernimus ac oculis illud amamus opus,
 Est enim amor veluti jacitur balista, nihil sic
 Usq; adeo subitum est sicque volare potest.

Præ-

Principio parvus mox se diffundit in artus
 Mox intra pectus se penetravit idem
 Jactat ubi cruciatq; homines stimulatq; agit atq; agit
 Versentur ne aliã quam ratione rotã
 Nam cum apro Ætoliço, cum cervo, cumq; leone,
 Cumq; avibus præstat stymphalicis agere
 Et deluctari frustra per inania ventis
 Præstat cum Antæo, quam sub amore pati
 O igitur nimium es felix clarissime Sponse,
 Dum non incumbit talia ferre tibi
 Sed quam perditè amas quoniam contingit habere
 Pro bene-condito gaude eam habere cibo.
 Nunc magno in genere atq; in censu divite magna
 Latus est condignis pensiculanda modis
 Virtute eximios Natasq; & gignere Natos
 Qui generi & juxta sint monumenta sibi,
 I proin & leporem venare tenes modo Ceirin
 Ejusdem utrumque est fortis & artis opus.

GEORGIUS Staleberg

JACOBUS LANGIUS



2
 Est enim amor veluti factus, nihil sic
 Cernimus ac oculos, ut opus,
 In se vivit festinans

Par-